



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illo coniugato, qui cum filia materteræ suæ, vel auunculi, vel amitæ,
vel patru[m] sui fornicatus fuerit. xx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMACI

De illo qui cum vxore, matre, & filiastra fornicatus est. Caput. XIX

Ex cōcil.
Mogūti,
cap. 6.

Siquis viduam vxorem duxerit, & postea cum filiastra fuerit fornicatus, seu cum duabus sororibus: aut si quis cum duobus fratibus, seu cum patre & filio: si quis relicta fratris, si quis neptem, aut noueram, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam polluerit, eos disungi, & vltcrius nunquam coniugio copulari, præcipimus.

De illo coniugato qui cum filia matertera sua, vel auunculi, vel amica, vel patru sui fornicatus est.

Caput XX.

Ex cōcil.
Triburi.
cap. 1.

Interrogatum est si quis cum filia matertera sua, vel amica, vel auunculi, vel patru concubuerit, si coniugatus fuerit, liceat ne illi vltcrius vti coniugio, aut non coniugato vxorem accipere? Iustum esset, sicut aliqua statuta priorum habentur, vt in perpetuum à coniugio tales abstinereant. Visum est humanæ fragilitatis intuitu, vt post penitentiam non quidem pœnitentia priuentur coniugio, deterrissimè tamen tam immanis fornicatio vindicetur, sicut sanctus papa Nicolaus, & alij Romani pontifices statuerunt, ne fortè desperati, multiplicius peccent.

De patre, & filio, de auunculo, & de nepote, si cum vna muliere fornicati fuerint. Cap. XXI.

Ex concil.
Mogūti,
cap. 5.

Interrogatum est si pater & filius, vel si duo fratres, vel si auunculus, & nepos cum vna muliere fornicati fuerint, quid inde faciendum sit. Manifestum est quod graui vltcrius dicta plectendū est, quod graue facinus esse reperitur. Omnis enim mœcha interdicitur, vbi scriptum est, non mœchaberis, quanto magis cum cognata, vel cum coniugata concubina cognati? Hinc in Leuitico scriptum est: Si mœchatus fuerit quis cum vxore alterius, morte moriantur, & mœchus, & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, & cum nuru sua, & qui filiam & matrem duxerit, & qui acciperit sororem suam, morte moriantur. Si enim in lege turpitudine in cœstus mortis sententia vindicare iussit, quomodo in Euangelio, vbi summa iustitia est, incestuosus peccati pœnitentiam euadet? Vnde Apostolus: Irritam qui fecerit legem Mosi, sine vlla miseratione sub duobus